indiffrens. Mundanus vero timor eſt: quo quis timet facere bonū in tempore: id eſt: bonū meritoriū vite eterne ne amittat bonū temporale: id eſt: vitā temporalē: ſed tū nō timet velle facere bonū: q̄lis timor fuit in petro qū negauit xp̄m: ꝛ iſte timor eſt malus: nec meritori⁹ vite eterne. Timor autē ſeruilis eſt: quo quis timet facere maluȝ in tempore: id eſt: peccatū: ne incurrat malū temporale: id eſt: penā tēporalē: vt fur qui timet furari ne incurrat ſuſpendiū habet ſeruilē timorē. Qui ideo dicitꝰ ſeruilis: quia ſeruorū eſt ita timere: qui ideo abhorrēt facere ſcelera ne ſentiant verbera. Unde auctoritas ait: Oderunt peccare mali formidine pene. Qui taliter timet: timet facere malū: ſed non timet velle facere malū: quia ſeruilis timor cohibet manū nō animū. Unde auctoritas ait: Uiuit peccandi voluntas: ꝛ ſequeretur opus: ſi ſperaretꝰ impunitas. Talis timor bon⁹ eſt: q̄tū ad fugā pene: nō q̄tū ad meritū glorie. Et dicitꝰ initiū ſapiētie: non intra ſumptum ſed extra ſumptū: initiū initiās: non initiatū quia ita facit ad ſapientiam ꝙ non eſt in ſapientia. Sicut eniȝ ceca introducit filum: ita ſeruilis timor fidem vel charitatem. Initialis vero timor eſt: quo quis timet facere malum ne incurrat malū eternum: id eſt: penam eternā: ꝛ ne amittat bonū eternum: id eſt: vitā eternam: ꝛ ita conſiſtit partim in timore pene: partim in amore iuſticie. Talis timor eſt initium ſapientie intra ſumptū: quia eſt in charitate: ꝛ ſic eſt initialis terminus fidei intra ſumptus. Caſt⁹ vo timor eſt quo quis timet magis amittere bonū eternum q̄ȝ incurrere eternū ſupplicīū: id eſt: magis timet ſeparari a ſponſo: q̄ȝ puniri eterno ſupplicio. Ideo caſt⁹ dicitur: quia caſtaꝝ mulieꝝ eſt timere offendere ſponſum: ne ab ipſo ſeparentꝰ: ꝛ talis timor eſt termin⁹ fidei finalis intra ſumpt⁹ q꞉ in eo terminatꝰ ꝛ ꝯſummitꝰ fides. Reuerētia etiā ſolȝ dici timor q꞉ comes ē timoris de q̄ d꞉: Timor dn̄i ſanct⁹ ꝑmanet ꝛc. Uñ et de angelis dicitꝰ ꝙ timebūt

in die iudicij: id eſt: reuerebunť: ⁊ ſancti dicunť timere in patria: id eſt: reuereri. Talis timor eſt termin⁹ fidei extra ſumptus: quia in futuro poſtq̃ fides euacuabitur erit.

xcvij **Sicut caro dicitur obedire rationi quādo nō agit directe contra rationē. ita ratio diciť cōſentire carni quādo nō reprimit carnem.** Continuum eſt duellū inter carnē ⁊ rationē. aliud eniȝ vult caro: aliud ratio. Quis enī ratio refrenet carnalitatē: ne aliquando ꝓcedat ad illicita: tamē nunq̃ȝ ſedatur quin murmuret: ſaltē in primitiuis motib⁹: ⁊ ideo obedire dicitur: quia directe cōtra rationē non opatur: Similiť ratio dicitur cōſentire carni: non q: cōſentiat: quia ſemp opa ei⁹ reprobat: ſed q: cū refrenare poſſit nō refrenat. Sic rex diciť cōſentire latronibus ciuitatis: nō q: conſentiat: ſed quia nō coercet eos cū coercere poſſit.

xcviij **Charitas que ab homine habetur facit aliquid diligi. aut quia habet. aut vt habeat. aut vt habeatur.** Pater diligit filium ad hoc vt aliqd habeat: vt ſcilicet filius habeat honorē: vel aliquam proſperitatem temporalē. Diuitias autē vel honores ad hoc diligit aliquis vt eas habeat. Juſtū aūt hominē diligit aliqs: q: habet in ſe virtutē: et ita alio mō diligiť quod diligiť vt habeat: alio modo quod diligitur quia habet: alio modo quod diligitur vt habeatur: hos autē omnes effect⁹ dilectionis poſſum⁹ aſſignare charitati. Charitate enī diligimus deum propť ſe: quia bonus eſt: nō ſolū vt habeam⁹: ſed quia in ſe bonus eſt. Quis enī nihil ab eo ſciliċȝ expectemus: tamen quia bonus eſt eum diligere tenemur. Preterea charitas facit vt nos diligam⁹: ad hoc vt deum habeamus: premiū vero ad idem: id eſt: vitā eternam: vt ea fruamur.

xcix **Sicut homo per charitatē a theſi ſue nature in apotheſim gratie aſcendens eſt deificatus. ita deus per charitatem ab apotheſi ſue nature in**

hypotheſim noſtre miſerie deſcēdēs eſt huma
natus Nota ꝙ aliud eſt theſis humane nature: aliō ypo
theſis: aliō apotheoſis. Theſis dicitur ꝓprius ſtatus ho=
minis: quē ſeruare dicitꝰ quādo ratione vtitur ad cōſide=
randū q̄d bonū: quid malū: quid agēdū: quid cauendū
ſit. Sꝫ aliqñ excedit hō iſtū ſtatū: vl̄ deſ cēdēdo in vicia:
vel aſcēdēdo in celeſtiū cōtēplationē: ⁊ talis exceſſus di
citꝰ extaſie vl̄ metamorphoſis: qꝛ per hmōi exceſſuꝫ exce=
dit ſtatū ꝓprie mētis vel formā. Exceſſus aūt ſupior ſcꝫ
q̄ facit aſcēdere in diuinū dicitꝰ apotheoſis: q̄ſi deificatio:
ꝙ fit quando homo ad diuinoꝝ cōtemplationē rapitur:
⁊ hoc fit mediante illa potentia anime que intellectualis
dicitur: qua cōprehendimus diuina: ſm quam potentiaꝫ
homo fit deus. Sicut mediāte illa potētia anime q̄ dicitꝰ
intellectꝰ cōprehēdit inuiſibilia: ꝑ quā cōprehēſionē hō
fit ſpūs. Sicut ſpeculatiōe ratiōis hō fit hō. Inferior vō
(q̄ fit deſcēdēdo in vicia) extaſis ē que ⁊ hypotheſis: q̄ſi
hō a ſtatu humane nature dimittitꝰ degenerādo in vicia:
et hoc fit per ſenſualitatē: per quā homo fit pecus. Deus
aūt ꝑ ſuā apotheoſim: ſcilicꝫ excellētiā ſue nature: a qua
deſcendēs exinaniuit ſe formā ſerui accipiens ſe humili=
ans vſq̄ʒ in theſim noſtre nature: immo vſq̄ʒ in ypotheſim
noſtre miſerie: non q̄tū ad culpā: ſed q̄tum ad penam.

Humana natura vnita eſt diuine: vt ſubſtātie c
diuerſitas ſit in vno. ⁊ nature ꝓprietas mane=
at in vnito. Uidendum eſt quomodo filius dei ſibi
vniuit humanā naturā. Aliqua res ita aliquando alij ap
ponitur: vt ex illis non fiat vnū: nec altera denominetur
ab altera: nec ſumat ꝓprietatē ab altera: vt ſi lapis appo
natur lapidi: ex his nō eſt aliqua cōpoſitio: ſed quedam
aggregatio. Aliquādo ita res vna apponitꝰ alij q̄ꝺ ex ipſis
non fit vnū: tamen altera ꝯtrahit ꝓprietatē ab altera: vt
cū pomū apponitꝰ manui: cōtrahit ꝓprietatē pomi: ſcilicꝫ
odorē. Aliquādo ita apponitꝰ vnū alteri ꝙ ex ipſis nō fit
vnū: tamē alterū denominatꝰ ab altero: vt cū palliū appli

caꝛ homini:homo dicitꝛ palliat⁹:ex his tamē non fit vnū.
Hanc applicationē voluit aſſignare neſtorius heretic⁹ in
chriſto cōſtituēs duas pſonas hominē ⁊ deū: vnā dicens
eſſe deū aliā hoīem: nec ibi eſſe aliquā vnionē:nec aliqd
ex his factū : ſed potius vnā pſonā alij appoſitā per appli-
cationē. Aliqñ aliqd apponitꝛ alij ita ꝙ alterum abſorbe
tur ab altero: vt ſi gutta vini infundatur ſecane abſorbetꝛ
a ſecana:nec ex his fit vnū. Hāc appoſitionē dixerūt qdā
heretici fuiſſe in xp̄i incarnatiōe:humanam naturā abſor
ptā eſſe a diuina vel diuinā ab humana. Aliqñ ita appo-
nitur vnū alij ꝙ vtrūqꝫ cōfunditur ⁊ ex ipſis naſcitur ter-
tium:vt qñ aqua miſcetꝛ melli vtrumqꝫ confunditur: ⁊ ex
ipſis naſcitur ydromellū:qđ neqꝫ eſt aqua neqꝫ mel. Hāc
cōfuſionē voluit euthices hereticus aſſignare in xp̄o di-
cens:ꝙ in xp̄i incarnatione nec diuina natura māſit diui-
na:nec humana manſit humana:ſed his naturis facta eſt
tertia. Aliquādo vnū ita applicatꝛ alij : ꝙ ex ip̄is fit aliqd
vtroqꝫ manēte in ꝓpria natura: vt vn⁹ homo fit ex corpo
re ⁊ anima. Talis aūt cōpoſitio nō fuit in xp̄o:nō enī xp̄s
(vt teſtatꝛ Auguſtin⁹)cōſtat ex deo ⁊ homine:tāꝗ ex pti
bus. Aliquando vero vnū ita applicatꝛ alij ꝑ vnionē ꝙ ex
ip̄is non fit vnum:ſed illud quod vnitur alij fit de eo cui
vnitur. Verbi cauſa:Surculus vnitꝛ arbori per inſitionē:
mediante calore ⁊ humore:nō tamē ex ſurculo et arbore
fit vnū:ſed ſurculus de arbore fit. Similiter corpus ⁊ ani
ma ſunt filio dei vnita ita ꝙ nō ſunt fili⁹ dei ſ; ſūt de filio
dei ita ꝙ fili⁹dei nō cōſtat ex illis ⁊ alio:ſed in vna pſona
due nature:diuina manēs diuina: ⁊ hūana manēs hūana

cj **Sicut pars non poteſt eſſe totū vel conſtituēs
cōſtitutū:ita aſſumēs non pōt eſſe aſſumptum.**

Omnis clamat philoſophia ꝙ nihil poteſt eſſe a ſeipſo:
nihil apud ſe:nihil ī ſe. Pars ergo totū eſſe nō poteſt:qꝛ
de toto eſt:ſimiliter cōponēs cōpoſitū. A ſimili cū aſſum
ptum de aſſumēte ſit ip̄m aſſumēs aſſumptū eſſe nō pōt
Tripliciter autem aliquid aſſumitur ab aliquo. Aliquid

enim ita aliquādo aſſumit aliquid: ꝙ ad ſe: ſed non in ſe vel de ſe: vt miles arma: ex quorum applicatione armat⁹ dicitur: ſed non ipſa arma ipſe armatus ſunt. Aliquādo ita aliqd aliud aſſumit: ꝙ ad ſe vel in ſe (vt doliū vinum) ſed nō de ſe. Aliquādo ita ad ſe ꝙ de ſe: vt xp̄s ita aſſumpſit humanā naturā: id eſt: corpus et animā: ꝙ ipſa eſt de chriſto: ipſa tamen non eſt chriſti: nec chriſtus illa: quia chriſtus non eſt corpus ⁊ anima: que aſſumpſit: nec corp⁹ ⁊ anima que aſſumpſit ſunt chriſtus: ſ; ꝑ aſſumptionē corporis ⁊ anime eſt ipſe homo: nō tamē aliquis homo quē aſſumpſerit. Quis qdā fabulent̄ quēdā hominē aſſumptum eſſe a verbo: qui incepit eſſe verbū: ⁊ ita dicunt ꝙ quedam creatura incepit eſſe creator: ⁊ ita deus: ⁊ ſic diuinitas: ⁊ ita aliquid ex tempore factū incepit eſſe eternum. Hoc tamē ſic conantur aſſerere: Riſibilitas in chriſto eſt: ⁊ non ſcḋm diuinam naturā: ergo ſcḋm humanā: ergo aut ſcḋm corpus aut ſcḋm animā: aut ſcḋm cōpoſitū ex vtroq;. Ad qḋ dicimus: ꝙ ſcḋm nullum iſtorum: ſed ſcḋm corpus et animam ſibi vnitā. Non eñ aliqḋ compoſitū ex corpore et anima aſſumpſit: ſed tantū corpus ⁊ animā ſibi vnita;. Aſſumendo enī vniuit: ⁊ vniendo aſſumpſit. Corpus ergo ⁊ anima ſibi vnita chriſtū cōpoſuerūt: id eſt: eum compoſitū eſſe fecerūt. Incepit eſſe compoſitus ex corpore ⁊ anima: nec illa aliquid aliud a chriſto compoſuerūt: nec aliquid qḋ inciperet eſſe chriſtus vel ꝙ eſſet vnitū xp̄o: ſed ipſum chriſtū. Et ita aliquid eſt cōpoſitū ex corpore ⁊ anima: ſcḋm ꝙ homo erat ſimplex: ⁊ ab eterno ſcḋm ꝙ de⁹.

Ad hoc qḋ chriſtus eſſet homo triplex concurrit vnio. vnio cōperſonalis vt humana natura eſſet: vnio ſubperſonalis vt viueret. vnio properſonalis vt homo fieret. Perſonalis vnio eſt que rem facit eſſe perſonā: que in creatura pura attēdit̄: vt in puro homīe. Ex eo enī ꝙ hō ſit vnū ex vnione corporis et anime: incipit eſſe perſona: id eſt: res per ſe vna. Talis vnio nō fuit in chriſto homine: non eñ chriſtus in

cij

eo ꝙ incepit eſſe homo: incepit eſſe ꝑſona. Perſonalis vero vnio fuit in chriſto. Unio enim corꝑis ⁊ anime que fuit in eo ſimilitudinē vnionis ꝑſonalis habuit. Unde proꝑſonalis dici potuit: ⁊ illa ſpecialiter operata eſt ad hoc vt xp̄us eſſet hō. Subperſonalis vnio dicitur vnio ſpiritꝰ phiſici ad corpus ⁊ animā xp̄i. Phiſicus aūt ſpūs dicitur quoddam corpus ſubtile: qđ corpus vegetat ſubtiliꝰ aere: minus ſubtile igne: ⁊ talis eſt in brutis animalibus ⁊ operatur vitā. Hoc ſpiritu mediante anima vnitur corpi. Habet enī affinitatē cū aīa in agilitate ⁊ ſubtilitate: cuꝫ corpe vero incorporeitate. Anima ergo vnita eſt verbo ſine medio: ſpiritus vero mediante anima: corpus vero mediāte ſpiritu. Comperſonalis vnio fuit vnio corꝑis ⁊ anime ad verbum. Iſte ergo vniones cōcurrūt ad xp̄i incarnationem: nec aliq̄ fuit ſufficiēs ſine alia. Si enī corpus ⁊ anima fuiſſent ipſi vnita: nec anima corpi: ipſe nō fuiſſet hō. Uñ nō dicimꝰ ip̄m in triduo fuiſſe hoīem. Similiter ſi anima fuiſſꝫ vnita corpi: ⁊ illa nō fuiſſet vnita v̈bo: xp̄s nō fuiſſet hō.

## ciij Numerus cadit in chriſtum memorialis quo numeratur ſubſtantia hypoſtaſeos: materialis quo numeratur vſia cum vſiali.

Ut teſtatur Auguſtinus numerus memorialis eſt eiuſdem rei iteratio: que quodammodo gerit imaginē numeri. Ubi enī eſt repetitio ibi videtur eſſe numeratio: vt ſi dicatur ſol ſol ſol: deus deus deus deus. Hic enim eſt iteratio nō diuerſoꝝ numeratio: ⁊ talis iteratio dicitur numerus memorialis. Numerus vero materialis eſt veri nominis numeratio: cū plura numerantur: vt ſi dicā: ſortes eſt vnū: plato aliud. In xp̄o ergo eſt numerꝰ memorial': q̄tū ad hypoſtaſim. Una enī eſt hypoſtaſis xp̄i: ſcilicꝫ vna ꝑſona. Sꝫ numerꝰ material' eſt q̄tū ad naturā: quo numerātur diuerſe nature: vt cū dico: xp̄s eſt deus ⁊ hō. Alia enī natura predicatur cū dicitur deus: alia cū dicitur homo. Unde xp̄s dicitur eē vnū ſm diuinā naturā ⁊ aliđ ſm humanā.

## Neceſſitas moriendi fuit in xp̄o: non ex actiōe ſuperans animū ſed volūtate aſtringēs euētū. ciiii

Inter ceteros defectus humane nature filius dei neceſſitatē moriendi aſſumpſit. Unde ⁊ auctoritas ait: ꝙ ꝗuis paſſus nō fuiſſet: ſenio tñ defeciſſet. Et nota ꝙ alia eſt neceſſitas coacta: alia voluntaria. Neceſſitatem coactam habemus nos: quia oportet nos mori velimus/nolimus. Chriſtus vero voluntariā neceſſitatē habuit: quia voluntarie moriendi neceſſitatē aſſumpſit: ⁊ voluntarie mortuus eſt. Unde legitur: oblatus eſt/quia ipſe voluit. Sciēdum eſt etiam: ꝙ neceſſitatū alia illata: alia innata: alia aſſumpta. Adam habuit neceſſitatē moriēdi illatā: quia ipſe ſibi intulit mortē ⁊ moriēdi neceſſitatē. Unde dicit auctoritas: ꝙ manibꝰ ⁊ pedibꝰ mortē ſibi acqſiuit. Innatam vero neceſſitatē moriēdi habemꝰ nos: qꝛ eā habemꝰ originaliter: chriſtus vero eam habuit aſſumptā.

## In chriſto fuit timor ꝓpaſſionis rationi obuians. ſed non timor paſſiōis ratonē cōturbās. cv

Timor ꝓpaſſionis dicitur horror quidā qui homini inaſcitur quo horret penā. Talis dicit̃ ꝓpaſſio: quaſi ꝓthopaſſio: id eſt: prima paſſio. Talis fuit in chriſto qꝛ naturaliter horruit mortē. Sed in eo nō fuit timor paſſionis q̄ turbat rationē: qualis fuit in petro quādo negauit xp̄z. A ſimili: in xp̄o fuit volūtas qua voluit non mori ex ſenſualitate ꝓcedens.

## Chriſtus nil ſibi meruit operibus ſuis: ſed q̊cquid meruit: nobis meruit: opibus ſingulis. cvi

Cū mereri ſit de indebito facere debitū: xp̄o autē a tēpore incarnationiſ debebatur quicquid poſtea cōſecutꝰ eſt: ipſe d̄ indebito debitū nō fecit ⁊ ita ſibi nō meruit. Eque enim dignus ab incarnatiōe fuit omnibꝰ his que poſtea accepit ſicut poſt. Nobis aūt ſingulis opibus ſuis meruit: quia vt dicit ꝓpheta: nob̄ eſt natus: nobis eſt datꝰ. Et alibi dicit̃ de xp̄o: ⁊ foliū eius nō defluet: ⁊ omnia q̄cū ꝗ

faciet ꝓſperabuntur nobis. Qꝫ ergo dicitur deus meruiſſe immortalitatē ⁊ nomē qđ eſt ſuꝑ omne nomē: nō eſt referendū ad ip̄m: ſed ad nos: qꝛ nob̄ meruit vt haberem⁹ immortalitatē: ⁊ cognoſcerem⁹ eū patri equalē.

cvij **Sicut creator factus eſt creatura ꝑ creature ſuſceptionē: ita creatura fit corpus creatoris per creature tranſſubſtantiationē.** Nota ꝙ aliđ eſt alteratio: aliud alteritas: aliud trāſſubſtātiatio. Alteratio ſubiecti eſt ſm accidētales ꝓprietates: qñ de albo fit nigrū: vel de nigro fit albū: ſm ꝙ pōt dici: albū erit nigruꝫ: albū incipiet eſſe nigrū: ſed nō de albo fiet nigrū. De eñ ꝙ materialiť poniť: inſinuaret ꝙ albū futurū eſſet materia nigri. Alteritas vero eſt: qñ mutať ſubiectū ſm ſubſtātialia: vt factū eſt in chana galilee vbi de aqua factū eſt vinū. Et ſm hāc alterationē nō debet ꝯcedi ꝙ aqua erit vinū: vľ incipiet eſſe vinū: ſed ꝙ de aqua erit vinū. Trāſſubſtantiatio eſt: quando nec materia/nec ſubſtātialľ forma remanet: vt in mutatiōe: ſm ꝙ panis ſubſtātiať in corpus chriſti: vbi nec materia panis remanet: nec ſubſtātialia: ſed accidētalia tātū. Scđm hāc mutationē poſſumuſ ꝯcedre: ꝙ panis fit corp⁹ xp̄i: ⁊ qñ mutabiť ī corp⁹ xp̄i cōūtiť. Hic eī nō đbem⁹ ꝯcedre niſi v̄ba notātia mutationē. Et ideo nō eſt ꝯcedēdū: ꝙ panis erit corp⁹ xp̄i: vľ icipiet eē corp⁹ xp̄i: ſ ꝙ fiet corp⁹ xp̄i: nec tñ đ pane fiet corp⁹ xp̄i De accidētib⁹ q̄ remanēt pōt dici: ꝙ ſint ſine ſbiecto: q̄ eī oīa creauit de nihilo: pōt facere vt accidētia ſint ſine ſbiecto: vel pōt dici ꝙ ſint ī aere. Sūt tñ q̄ dicūt accidētia ibi nō eſſe: ſed videri eſſe: nō tñ ibi eſt p̄ſtigiū vľ deceptio: h eñ nō fit ad decipiendū: ſ in ſacramētū. Alij dicūt ꝙ albedo ⁊ ip̄a accidētia q̄ ibi ꝑmanēt ſūt ī forma panis. Sed ſm hoc reſtat q̄ſtio de ip̄a forma vbi ſit. Similiť ſolet q̄ri de fractiōe vbi ſit vľ in q̄ ſit: vtrū in corpe xp̄i vľ in alio. Sunt qui dicunt corpus chriſti frangi ⁊ tamē manere integrum: diuidi ⁊ tamen manere indiuiſum: alij fractionē

eſſe in ipſa forma: alij dicunt ibi nil frangi ſed videri fran-
gi: vt predictum eſt.

**In alia ſpecie eſt corp⁹ xp̄i: ⁊ ſub alia ſpecie eſt.** cviij
In illa eñ forma quā aſſūpſit de virgine eſt in altari: ſ
nō ſub illa: imo ſub forma panis ⁊ vini. Vñ improprie di
cit̃ videri corp⁹ xp̄i in altari: cū nō videat̃ ſua mediante
forma. Et im ꝓprie dr̄ frāgi vl' dentib⁹ atteri: qꝛ h̄ nō cor
pori xp̄i: ſ forme cōuenit.

**Ad hoc vt panis trāſſubſtātiet̃ in dominicum** cix
**corp⁹ fiūt q̄tuor cōcurſus: vt ſit in pſōa ordo.**
**in agēte itētio: in pane materia: in ꝟbiſ forma:**
Nota ꝙ quedā ſunt de ſubſtātia ſacramēti: q̄dā de circū
ſtātia. De ſubſtātia ſunt ea q̄ p̄miſim⁹. De circūſtātia ve-
ro ſolēnitas ſacerdotaliū veſtiū: oratiōes q̄ p̄mittunt̃: et
quedā alia. Ordo aūt eſt de ſubſtātia ſacramenti: qꝛ niſi
q̄s ſacerdos fuerit/ ꝯſecrare nō pōt. Intētio etiā/ nō ꝙ q̄s
intēdat ꝯſecrare: ſed ꝙ intēdat formā eccl'ie ſuare. Vnde
ſacerdos heretic⁹/ ordinat⁹ tamē i forma eccl'ie/ q̄uis nō
adhibeat fidē ſacramēto: ſ tamē intēdit ſuare formā ec-
cleſie miſſam celebrādo ꝯſecrat. Materia etiā eſt de ſub
ſtātia ſacramēti. Ad h̄ eñ vt fiat trāſſubſtātiatio: oportꝫ
vt ibi ſit panis de frumēto fact⁹: ⁊ vinū. Forma etiā ver-
boꝝ: vt illa obſuet̃ forma quā īſtituit xp̄s dicēs: Hoc eſt
corp⁹ meū. Hic eſt calix meus ⁊c̄.

**Sicut eucharistia eſt ſacramētū dignitatis: iu-** cx
**ſticiā ꝑficiēs: ſic baptiſmus eſt ſacramētū neceſ**
**ſitatis ad iuſticiā ſufficiēs.** Nota ꝙ ſeptē ſūt ſacra
menta ſpiritualia in eccleſia dei: quedā cōmunia: quedā
ſpecialia: quedam neceſſitatis: quedam dignitatis. Com
munia ſunt: baptiſmus: eucharistia: penitētia: confirma-
tio: extrema vnctio. Specialia vero: coniugium et ordo.
Sacramentum autē neceſſitatis eſt baptiſm⁹: ſine q̄ nec
ē ſal⁹ puero nec adulto niſi īpediat articul⁹ neceſſitatis.
Similit̃ ⁊ eucharistie ſacramētū: ſacramētū ē neceſſitatiſ

i adultis. Ipm tñ ſpecialit̃ ē ſacramētũ dignitatis: q̄z cũ circũciſio tantũ deleret culpã: baptiſmus vero culpã et exteriorē penã ↄfert ⁊ gratiã: ſacramētũ euchariſtie addit cumulũ gratie. Unde dicitur euchariſtia: quaſi bona gratia: hac etiã ratione dicitur ſacramentũ dignitatis.

cxi **Sacramētũ cõfirmatiõis nõ dat̃ ad hoc vt habeatur ſpiritus: ſed vt plenius poſſideatur.** Baptiſmus enī datur vt habeatur ſpirit⁹: cõfirmatio vero vt plenius poſſideatur. Iſtud autē ſacramentũ ita eſt neceſſitatis in adultis: q̄ ſi adultus ex negligētia p̃termiſerit ei criminale peccatũ erit. Sicut autē quedã ſunt de ſubſtãtia baptiſmi: ita q̄dã ſunt de ſubſtãtia ↄfirmatiõis. Aqua de ſubſtantia baptiſmi eſt: q̄z nõ valet baptiſm⁹ niſi in aqua. Intētio etiã: vt intēdat q̄s obſeruare formam eccleſie. Forma etiã verboꝝ. Similit̃ de ſubſtãtia ↄfirmationis ſunt quedã: vt dignitas cõſecrãtis: vt ſcilicet: epiſcopus ſit ille qui ↄfirmat. Loc⁹ etiã in quo fit cõfirmatio vt frõs. Aliud etiã quo fit cõfirmatio: ſcilicet: criſma.

cxii **Sicut baptiſmus eſt primũ remediũ cõtra peccati originalis lapſũ: ſic penitētia eſt ſc̄da tabula poſt peccati naufragiũ.** Illi qui naufragant̃ in mari aliq̄ſi cõfugiunt ad aliq̄d tabulatu3: ⁊ ita p̄ducunt̃ ad portũ. A ſimili: penitentia dicit̃ ſc̄da tabula poſt naufragiũ. Qui ergo p̃mo naufragat̃ in p̄ctõ cõfugiēs ad baptiſmũ quaſi ad p̃mũ tabulatũ nauis p̄uenit ad portum ſalutis: id eſt: ad remiſſionē peccatoꝝ. Si ſecũdo patitur naufragiũ cõfugit ad penitentiam quaſi ad ſc̄m tabulatũ: ⁊ ita p̄uenit ad ſalutis portũ. Uel alia de cauſa penitentia dicitur ſecũda tabula poſt naufragiũ. Naufragi ſolēt deferre tabulã in qua tot⁹ naufragij euent⁹ deſcribitur: qua viſa homines ad miſericordiã mouent̃ ⁊ ſubueniunt naufrago. Similiter p̄ baptiſmũ de⁹ miſericorditer ſubuenit homini primo: ⁊ ſecũdo p̄ penitentiã.

cxiii **Sicut baptiſm⁹ eſt ſacramētũ fidei / cõfirmatio ſacramentũ ſpei / euchariſtia ſacramētũ charita-**

tis / ſic extrema vnctio eſt ſacramentū penitētie
vel cōtritiōis. Baptiſm⁹ dicit̄ ſacramētū fidei: q2 in
baptiſando fides querit̄: ſcʒ credis in deū? Et ſi q̄s an̄ ha
beat fidē eoꝝ que ꝑtinēt ad ſalutē: non tamē ante habet
fidē que ſit virtus: quia nec in eo eſt ſubſtātia rerū ſperā
darū. Unde nec eſt in homine vnde ſperet ad ſalutē do
nec baptiſetur. Confirmatio aūt dicit̄ ſacramentuʒ ſpei:
quoniā ideo q̄s in impoſitiōe manuū epiſcopi cōfirmat̄:
ne amplius per hereticas ſeductiōes a fide moueat̄. Un̄
⁊ ſacramētū ſpei dicit̄: q̄ꝛ a fide ampli⁹ nō recedat. De cō
firmato eni ſpes habet̄. Euchariſtia v̄o dicit̄ ſacramētū
charitatis: qm̄ ꝑ aſſumptionē ei⁹ vnitas eccleſie ⁊ capitis
ſcʒ xp̄i deſignat̄ q̄ ex charitate eſt in preſenti. Charitas
eni eſt in deū ⁊ in ꝓximū. Ex charitate vero proximi fi-
deles ſic ſibi vniunt̄ vt tāq̄ mēbra ſibi iniūcta vnū corp⁹
dicantur: q̄d corpus ex charitate dei xp̄o capiti vnitur.
Que vnio ⁊ ſi hic ſit aliqua: in futuro erit ꝑfecta. Simili-
ter ſacramentū extreme vnctiōis: ſacramentū eſt contri-
tiōis. Ad hoc eni fit vt mediāte cōtritione interiori con-
ferat̄ ei ſalus corpis cū ſalute mētis: ⁊ ſi nō ſalus corpo-
ris: ſaltē ſalus mētis. Eſt autē hoc ſacramētū: ſacramētū
neceſſitatis. Si eni aliq̄s habuerit tēp⁹ alia nō impediē-
te neceſſitate ⁊ inunct⁹ nō fuerit: in periculū anime ei ce-
dit. Sunt qui dicūt de hoc ſacramēto q̄d iterari nō poſ-
ſit ſicut nec baptiſm⁹: ſ3 q2 ſacramētū penitētie eſt ⁊ peni-
tētia iterari pōt: ꝓbabile eſt hoc ſacramētū iterari poſſe.
Coniugiū eſt ſacramentū remedij ad fugā: nō cxiiij
neceſſitatis ad electionē. Cum eni quedā ſacramē
ta neceſſitatis ſunt vt baptiſm⁹ ⁊ euchariſtia. Dignitatis
vt ordines ſacre. Sic cōiugiū eſt ſacramētū ꝯſilij ad cōti
nentiā: immo remedij cōtra incōtinētiā. Dicit̄ aūt ſacra-
mentū ꝓpter duo: ꝓpter ꝯſenſū animoꝝ q̄ ſignificat ſpe-
cialē ꝯiunctionē xp̄i ⁊ eccl'ie: ⁊ carnale cōmertiū: q̄d ſigni
ficat duaꝝ naturaꝝ in xp̄o cōſortiū. Cōiugiū aūt an̄ pec-

ratũ ade fuit preceptũ diſcipline: ⁊ poſt peccatum. Sed poſtq̃ cõiugalis caſtitas repleuit terrã: vt virginalis caſtitas repleat celi patriã: diſcipline p̃ceptũ ꝯmutatuȝ eſt in indulgẽtie remedium.

cxv **Sacer ordo eſt ſacramentũ quo ĩſignit̃ homo vt ſic alijs ꝑ honorẽ preſit: vt eis per onus p̄lationis proſit.** In ordine autẽ tria debẽt attẽdi: ipa ordinatio: ſciẽtia: ⁊ actio. Si eñ ibi ordo fuerit ſine ſcientia fatuitas erit. Sciẽtia vero ſine actione ignauia. Actio vͦ ſine ſcientia temeritas. Pertractatis regulis q̃ theologice facultati ſpecialiter ſunt accomode agendũ eſt de his que ad naturalẽ ꝑtinent facultatẽ: cõſiderãdũq̧ que maxime ita accomodant̃ naturali facultati ꝙ nõ euagãt̃ a theologia: q̃ vͦ vtriq̧ facultati ſint ꝯmũes: vł ꝯuenientes natãli phie vł theologie. Maxia ſequẽs cõmũis eſt.

cxvi **Omne dictum vſq̧ adeo a cauſa eſt: vt ſi cauſa nõ fuerit: ipſuȝ quidẽ vacuũ ſit** Hec quidẽ vtriq̧ facultati cõmunis eſt. Ut eñ teſtatur Hylari⁹: intelligẽtia dictoꝝ ex cauſis eſt aſſumẽda dicẽdi: h̃ quideȝ liquet eſſe verũ in naturali facultate. Qȝ eñi petrus dicit̃ eẽ hõ ab humanitate eſt: ꝙ albus ab albedine: ꝙ iuſtus a iuſticia. Qȝ etiã pratũ ridere dicit̃ a cauſa eſt: ideo eñ ridere dicit̃ quia cauſã riſus habet penes ſe. Similit̃ in theologicis: omne dictũ a cauſa eſt. Qȝ eñi deus dicit̃ iuſtus a cauſa eſt: quia efficit iuſtũ ⁊ ſic in alijs.

cxvij **Aliud eſt dictũ. aliud dicẽdi cauſa.** Hec regula accomoda eſt naturali facultati. In naturali autẽ facultate verũ eſt: ꝙ aliud albũ: aliud albedo: aliud homo: aliud humanitas. In theologicis vero nõ: aliud deus: aliđ diuinitas. Quis Hylarius videat̃ velle ꝙ aliud natura: alđ res nature. Sed hoc qđ dicit Hylari⁹ ad diuerſitatẽ intelligẽdi referẽdũ eſt: nõ ad diuerſitatẽ eſſendi. Sicut ſolet dici ꝙ aliud eſt homo: aliud animal: qꝛ alio intellectu cõprehẽdimus hominẽ: alio animal. Alia regula eſt.

cxviij **Omnis cauſa dicti: alio dicit̃ ⁊ alio exponit̃.**

Cauſa nāqꝫ tūc dicit̄:cū quid ipſa res ſit ab ea cauſa oſtē
dit̄:vt hō eſt bonꝰ. Tūc ṽo cauſa exponit̄:cū q̇d ipſa ſit
ꝯpit̄:vt ꝙ bonū ē.ſ.q̇ hō ſit bonꝰ:bonū nāqꝫ bonitate bo-
nū ē. Hec regl'a ꝯmūis ē duabꝰ facl'tatibꝰ nat̄ali ⁊ theolo
gice. Alio eī ī diuīs exponit̄ deꝰ ē bonꝰ:alio cauſa q̄ ē bo
nus. Hac em̄ oratione deus eſt bonꝰ: exponit̄ dictū: hac
ṽo bonitas ē cauſa q̄ deꝰ eſt bonꝰ:exponit̄ cauſa dicēdi.
Diuerſa dicēdi cauſa eſt:a re cuius eſt:⁊ dictuꝫ cxix
⁊ cauſa. Hec regula communis eſt vtriqꝫ facultati.
In naturalibꝰ em̄ aliud eſt color a quo corpus dr̄ colora
tū:aliud ip̄m coloratū. In diuinis aūt cauſa q̄re deꝰ di-
catur iuſtꝰ nō eſt aliō a iuſticia dei qua ipſe deus eſt iu-
ſtus: ſed potius ab effectu ſue iuſticie:id eſt: a noſtra iu-
ſticia quā efficit in nobis. Dicit̄ em̄ iuſtꝰ: qꝛ efficit nos iu
ſtos. Eſt autem iuſtus ſua iuſticia.
Cauſa rei alia intrinſeca.alia extrinſeca. Intrīſe cxx
ca cauſa eſt:ꝑ quā res eſt vel aliq̇d ē: vt corpꝰ corꝑeita-
te eſt corpꝰ:colorē ṽo ē aliq̇d:id eſt:coloratū. Extrīſeca
ṽo dicēdi cauſa eſt: ꝑ quā res cuiꝰ ē nec ē nec aliq̇d eſt:ſ
aliq̄ mō ſe habet ad aliq̇d aliud extra ſe: vt pr̄nitas q̄ pr̄
nec ē nec aliq̇d eſt:ſ hēt extra ſe aliq̇d:qð nec pr̄ nec pr̄ni
tas ē.i.filiū. Hec regl'a ꝯuēit nat̄alibꝰ ſic̄ diuinis. In di-
uinis eī deitas ē q̄ſi cauſa ītrinſeca q̄ deꝰ eſt:⁊ ē deꝰ:ſ in
h̄ differētia ē:ꝙ nō alio eſt:alio bonꝰ ē:īmo idē eſt ei eē:⁊
eē bonū. Cauſa extrīſeca eſt pat̄nitas:filiacio:proceſſio.
Cauſarꝫ alia dicit̄ ꝑ ſe alia ad aliō. Cauſa dicēdi cxxi
ꝑ ſe eſt q̄ue nullius dicitur cōparatiōe: vt in naturalibus
homo albus. In diuinis deus iuſtus. Ad aliud vero cau
ſa dicitur:que alteriꝰ dicitur cōparatiōe: vt pater: filiꝰ.
Cauſarum alia prima.alia ſecunda. Prima eſt cxxii
que per ſe nullā habet cauſam ad quā ꝑtineat: velut illa
qua homo eſt homo:in diuinis:qua deꝰ eſt deꝰ. Secūda
ṽo eſt que ꝑ ſe aliā habet: ꝓpt̄ quā rei ꝯuenit:⁊ cuiꝰ ad-
iecta ē poteſtati:velut illa ſm̄ quā q̇ ē homo eſt riſibilis.
In diuinis vero illa ſm̄ quā pater eſt pater filiꝰ eſt filiꝰ.
Prima cauſa aut natura eſt ſubſiſtentis. aut cxxiii

proprietas eius. Natura ſubſiſtētis eſt: qua ipe ſub
ſiſtēs ſubſiſtit: velut illa qua homo ē homo. Proprietas
vero ſubſiſtētis eſt: qua ſubſiſtens a ceteris omib⁹ eſt di-
ſcretus: veluti illa q̄ plato eſt plato. In diuinis veo na-
tura ſubſiſtentis eſt deitas: qua pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpirituſſan-
ctus ſunt ꝓprietas ſubſiſtētis. Perſonalis ſtat⁹ eſt q̊ pa-
ter eſt pater: pſonalis ſtat⁹ filij: quo fili⁹ eſt fili⁹: ſimiliter
pſonalis ſtat⁹ ſpūſſancti quo ſpūſſanct⁹ eſt ſpūſſanct⁹.

cxxiiij Secūda dicēdi cauſa aut ptinet ad naturā: aut
ad ꝓprietate. Ad naturā ptinet omnis cauſa que-
cūq ꝓpt ſubſiſtētiſ eſſentiā dr de ſubſiſtēte: velut illa q̄
homo eſt riſibilis. Riſibilitas ei ptinet ad naturā hoīs:
id eſt: ad humanitatē: vel de ipſa eētia: velut hō eſt ſpe-
cies. Ad ꝓprietatē vero ptinet q̄cūq vl' ꝓpt ꝓprietatez
dr de ſubſiſtēte ꝓprietatis: vt plato eſt pſona: vel de ipſa
ꝓprietate: vt plato eſt indiuiduū. Similit in diuinis ad
diuinā eſſentiā ptinet quod p̄dicat cuz dicit: pat eſt dñs
creaturaꝝ: vl' pat eſt p̄ncipiū creaturaꝝ. Ad ꝓprietatem
vo pſone ptinet qd p̄dicat cū dicit: pater eſt pſona.

cxxv Una cauſa dicēdi ē q̄ ad omnē ptinet dicti cau-
ſam. Hec cauſa eſt vnitas in hūanis: omnē eīn ꝓprieta
tē vnitas comitat. Unitas eni comitat hūanitatē ſortis
ad ſubiectū: vt ſic ſortes dr hō hūanitate: ita vn⁹ vnitate:
q̄ comitat illā hūanitatē. Et ita dr vn⁹ hō: hō hūanitate:
vn⁹ vnitate. Silr hoc animal dicit vnū albū: albū albedi
ne: vnū vnitate addita albedini: ⁊ ſic pcurre alias ꝓprie-
tates. Sūt tñ qui duas excipiūt cauſas: ꝓpriā qualitatez
⁊ morā. Dicūt eīn q vnitas nō comitat ꝓpriā qualitatez
ad ſubiectū: quia ipſa vnitas de ipa ꝓpria qualitate eſt.
De propria enim qualitate ſunt tam ſubſtantialia q̄ ac-
cidentalia rei. Unde non poteſt dici: ſortes eſt vnus ſor-
tes: cum nulla vnitas comitet ꝓpriā qualitatem ſortis.
Similiter vnitas non comitatur moram: quia ſi moram
comitaretur vnitas: cum vnitas moretur in ſubiecto: il-
lam vnitatez comitaretur mora: et ſimiliter illam moram

alia vnitas: ꝛ ſic incurremus in infinitū. Similiter in diui
nis circa diuinitatē attendit vnitas: id eſt: quedā ſingula
ritas ſm quā deus dicit vnꝰ. Similiter circa ꝓprietates
pſonaꝝ diuinaꝝ attēdunt tres vnitates: id eſt: tres diſtin
ctiōes: ſm q̄s vnā pr̄ dicit vnꝰ: filiꝰ aliꝰ: ſpūſſctūs aliꝰ.

**Omnis eſſendi cauſa ptibus ſue rationis vel** cxxvi
**effectibus eſt cōpoſita.** Regula iſta locū habet in
naturalibus nō in diuinis. Diuinitas enī q̄ eſt quaſi cau-
ſa triū pſonaꝝ nō eſt cōpoſita ex ptibꝰ ſue rationis: id eſt:
ſue diffinitōis. Diuina em̄ eſſentia diffiniri nō pt. Eſt em̄
cauſa ſingula diffiniens: ſed nō diffinita: eſt enī ſimplex
relegatio omni genere cōpoſitionis: nec multiplicē habꝫ
effectum in eo in quo eſt. In naturalibꝰ aūt cauſe ſubſtā
tiales /generales vel ſpeciales cōpoſite ſūt ex ptibꝰ ſua-
rum diffinitionū: vt hec ſpecies homo cōpoſita eſt ex ge-
nere ꝛ ſubſtātialibꝰ differentijs. Hoc genꝰ animal dicit ſi
milit. Cauſe vero accidētales vt albedo/nigredo/cōpo-
ſite ſunt ex diuerſis effectibus. Albedo em̄ facit albū: co
loꝛatū: quale. In ſupceleſti cauſa: nec ex effectibꝰ nec ex
ptibus eſt cōpoſitio.

**Omnis diuerſitas atq̈ idētitas eſt aut ſm na-** cxxvii
**turā. aut ſm ꝓprietatē.** Homo enī ꝛ aſinꝰ differūt
ſm naturā: petrꝰ aūt ꝛ paulus ſm ꝓprietatē. In diuinis
autē ſemiplena diuerſitas. Non em̄ ibi differētia ſm ſub
ſtantiā: ſ ſm pſonalē ꝓprietatē. Unde nec ꝓprie eſt ibi
diuerſitas cū ibi ſit nature idētitas: vnde nec ſinglaritas.
Pater em̄ nō ꝓprie dicit ſingularis: qꝛ nō eſt tm̄ vni de
ſingulis cōueniēs: immo conuenit tribus perſonis.

**Quecūq̈ idē ſunt: aut natura idē ſūt: aut ꝓprie** cxxviii
**tate.** Ut ſoꝛtes ꝛ plato idē ſūt natura nō idētitate ſin
gularitatis: ſed idētitate ꝯfoꝛmitatis. Pater vero ꝛ filiꝰ
ꝛ ſpiritusſanctꝰ idē ſunt idētitate ſingularitatis nature: ci
cero vero idē eſt qui tulliꝰ idētitate ꝓprietatis: pat vero
non eſt idē qui filius immo eſt alius q̄ʒ filiꝰ ſingularitate

ꝓprietatis:ſed eſt idē ꝙ filius ſingularitate deitatis.

cxxix Idemtitas nature vel generis in conformitate conſiſtit. Verbi cauſa. Ideo dicit plato id eſſe ꝙ eſt ſortes natura vel genere:quia eiuſdē nature eſt cōformitate. Hoc nomē em̄ cōformitas pluralitatē inſinuat. Vn̄ nō attēdit in nature ſinglaritate:ſꝫ in naturaꝝ ſilitudine.

cxxx Conformitas eſt ſingularū naturarū plena ſimilitudo. Vt ſortes ⁊ plato dicunt naturaliter conformes ſuis ſingularibus humanitatibꝰ eos ſimiliter conformantibꝰ. Patris aūt ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti nulla eſt cōformitas:ſed (vt ita loquar) informitas:nō em̄ ſimilitudo eorū attendit ſm ſingulares naturas:ſed ſm vnā ⁊ ſimplicem triū eſſentiā. Dicitur tn̄ filius cōſubſtātialiſ patri:nō vt cōſubſtātialis notet ſubſtantie diuerſitatē:ſed ſubſtātie vnitatē:vt ſit ſenſus:filius eſt conſnbſtātialis patri:id eſt:vniſubſtantialis.

cxxxi Diuerſitas aut ſingularitatis tantū eſt. aut diſſimilitudinis. Eteni ſortes ⁊ plato diuerſi dicuntur ſingularitate ſuarū humanitatū quibus differūt. Sortes vero ⁊ brunellus differūt diſſimilitudine ſuaꝝ naturaꝝ.

cxxxij Diuerſitas diſſimilitudinis. aut nature eſt. aut proprietatis. Verbi cauſa: vt predicto inſtemꝰ exemplo: Sortes ⁊ brunellus diſſimilitudine ſuaꝝ naturaꝝ differunt:ſortes ⁊ plato diſſimilitudine proprietatū.

cxxxiij Nulla diuerſitas ſingularitatis vel diſſimilitudinis naturarū in trinitate habet locum. Predicte eteni regule locū habent in naturalibus. Hec vero in diuinis/ vbi nulla diuerſitas/nulla diſſimilitudo/ſꝫ ſola equalitas eſt.

cxxxiiij Omnis ſubſiſtēs diſſimilitudine nature eſt aliud: ⁊ diſſimilitudine proprietatis eſt aliud. Hec regula in parte locū habet in diuinis: in pte vero in ſolis humanis. In trinitate em̄ pater nature diſſimilitudine nō eſt aliud a filio:ſed ꝓprietate diſſimilitudinis eſt aliꝰ a filio. In naturalibꝰ vō ſortes eſt aliđ a brunello:diſ

ſimilitudine nature: diſſimilitudine vero ꝓprietatis eſt alius. His itaq; naturalibus taliter ſe habētibus: conuenit ſm aliquas iſtaꝝ rationū humanaꝝ ad diuinoꝝ intelligētiā tanq̄ e regione accedere: ſm quaſdā vero diuina humanis inacceſſibilia eſſe. Age ergo q̄ pater vel filius vel ſpūſſctūs dicunt deus. Dicti huius cauſa diuinitas a catholicis appellat. Dicunt eteni deus diuinitate. Ineſt autē hic huius dicti cauſa illi de quo vero dicitur: eſt eñ (vt catholici dicūt) diuinitas in deo. Porro quia in naturalibus aliud genere eſt qđ dicit: aliud de quo dicit. Excedit theologia huius rationis modū. Nō eñ aliđ eſt genere deus: aliud diuinitas: quia ex deo ꝓpendit: quoniam vltra rationes humanas de deo dicitur diuinitas: nomine etiā quo exponitur. Deus nāq; diuinitas eſt: deus vtiq; aliud non eſt: ⁊ aliud deitas eſt: eſt tñ alterius rationis hoc dictū: alteriꝰ vero illud. Aliter nāq; de deitate: aliter vero de deo catholici loquuntur. Aiunt eni de deitate: quoniā in deo eſt: quod quidē ea oſtendūt ratiōe: quoniā dei natura eſt. De deo aūt aiūt: quoniā in ſe diniuitatē habet: qđ q̄dē ea oſtendūt ratiōe: quoniā ꝑſona eſt. Horū ſiquidem nominū cauſis ꝑcipitur deꝰ ⁊ deitas alterius ⁊ alterius ratiōis eſſe. Alia nanq; ratiōe deitas dicitur natura: alia vero deus dicitur ꝑſona: que nimirū doctoꝝ ratiōes: catholicoꝝ expoſitionibꝰ ꝑcipiunt.

Finis

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
BARCELONA

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001959010

8a

DIPUTACIÓN PROVINCIAL
DE BARCELONA

Biblioteca de Cataluña

Reg. 445217
Sig.
Inc. 101-8a